



**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Dominica X. post Pent. Lectio 16. trip. Duo homines ascendebant in templum ut orarent, &c. 1, pars declarat vitium primum orationis Pharasæi fuisse jactantiam. 2, vitium alterum fuisse confidentiam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

factum est : per omnes gentes dispersi sunt Iudaei, ut resisterent iniquitati suae & veritati nostrae. Ipsi habent codices de quibus prophetae esse Christus, & nos renemus Christum. Et si aliquando aliqui pagani dubitaverint, dum ei allegamus prophetias de Christo, & obsequerentur putans à nobis conseriptas, de codicibus ipsorum Iudaeorum probamus. Hæc sanctus Augustinus. Sicut ergo servi post Dominos codices ferunt quorum pondere ipsi deficiunt, sed Domini legendo proficiunt: ita Iudaei sacros libros portant quibus onerantur, sed Christianni illis erudiuntur, & Gentiles convertuntur.

Tandem vero Christus regnum suum consummaturus profugos Istaël ad fidem revocabit, & convertet per Enoch & Eliam; & tunc eis manifestabitur Arca quam abscondit Hieremias, & dicit ignotum: scire locum, donec congreget Deus congregationem populi sui, & propitius fiat. Quod de fine mundi intelligunt S. Epiphanius, & S. Dorotheus Martyr, & alii. Manifestabitur autem tunc, ut certius Iudaei converti cognoscant se in Christum credendo veteres Patriarchas & Prophetas imitari, & veros esse Abraham filios Moysi que discipulos, cum viderint Jeremiam Prophetam suo tempore impleram, & sic Arcam habere, quæ majores sui caruerunt.

Tunc ergo suscitabit Iribus Iacob, & facies Israel convertentur, sicut loquitur Propheria Isaïas Accendite, ô Iudaei profugi, quomodo vos hic vocet: Propheria nobilis de genere vestro. Ipse vocat vos facies Israel. Facies vocat, quia in peccatis vestris putidus, quasi in luto facis in fixi hæretis. Facies vocat, quia tamquam sordes & facies fætidæ dispersi estis: super terram, ab omnibus viles habiti & conculcati. Facies denique vocat, quia de omnibus prærogatis vobis à Deo olim concessis nihil habetis reliquum nisi facies & reliquias quasdam fætidæ: Prosejee dno sercus: solemnitate vestrarum, inquit Dominus. Qui vobis de lege nunc restat? Ubi sacrificium? Ubi sacerdotium de tribu Levi? Ubi sceptrum & regnum? Ubi templum? Si quid vos existimatis de his habere adhuc nunc: reliquias immondas sunt, facies sunt. Quid ita? Quia evacuatum est vinum, evacuata lex vestra, per Christi adventum; templum vestrum dirutum est, nec ultra poterit reedificari.

Audiamus Nicephorum: Cum Iudaei summo studio instruerent templum Ierosolymitanum permissu Juliani à postea incumberent, ut pristinum Iudaeum ritum renovarent, reliquias structurae veteris ex imis fundamentis effoderunt, & ita repurgant, & nec lapis super lapidem maneret iuxta divinum oraculum. Postmodum ut primum jacerent fundamentum advenientes, terræ motus ingens ortus ex ipsis fundamentis lapides excussit, & non paucos ex Iudæis eiecit, qui vel ad operis spectaculum venerant, vel structuram ipsam curabant. Adificia enim templi vicina cum impetu collapsa multis fuisse sepulchra. Alii fugere ten-

entes semineces jacere, alii mutilati fuere membris ex clade. Vix conquieverat terræ motus, & qui reliqui erant, opus rursus aggrediuntur, ut perficerent quod cupiebant, & inevitabilem indignationem quæ ex necessitate imperialis constitutionis eis imminerebat, effugerent. Sed ignis ex ipsis fundamentis exiliens, alius item de caelo imminens, plures quam antea consumpsit. Igne porro cælitus demisso, mallei, scalptra, ferræ, securæ, alia, & quæcumque ad ædificationem operari compotaverant, celeriter in cinerem sunt redacta. Iudaei vero maximo pavore correpti, etiam inviti Christum verum Deum esse sunt professi; sequi tamen eum nolentes, in errore adhuc Iudæico conquieverunt. Sed & aliud accessit miraculum prioribus manifestius: nam proxima nocte sua sponte vestes eorum crucis signis radiorum instar conformatis sunt consignatae. Illucescente autem de his visis, eluere & detergere crucis notas conati nihil potuerunt; nec id tamen eos ad fidem perduxit. Hæc ex Nicephoro.

Ex his patet Iudæica perfidia & cæcitas, quam merito deplorat Christus in hoc Evangelio; pro qua etiam sananda orare solet specialiter Ecclesia sancta Dei, obsecrans Dominum Jesum Christum, ut auferat velamen à cordibus eorum, ut semet omnino impedimento lucem videant & Solem, qui oriens ex alto venit illuminare eos qui in tenebris & umbra mortis sedent.

DOM. X. POST PENTECOSTEN.

Duo homines ascendebant in templum ut orarent, unus Pharisæus, alter Publicanus. Luc. 18.

In die veneris sanctorum.

Lect. 16 tripart.

PARABOLIS & exemplis solitus fuit Dominus instructionem nobis dare. Unde cum exemplo De iactantia primus videt (quæ Iudæi importuna tandem impetravit: orationis decretum in favorem suum contra oppressores) orationis commendasset in oratione perseverantiam: postea subiecit exemplum Pharisæi & Publicani, ut ostendat humilitatem necessario adnectendam orationi; superbiam vero omnem orationis evacuare efficaciam, eamque inficere, & Deo exorsam reddere. Sic igitur exorditus: Duo homines ascendebant in templum ut orarent, unus Pharisæus, alter Publicanus. Ubi in primis advertendum, templum orationi destinata esse & consecrata, ideo de his duobus dicitur, quod ascendebant in templum ut orarent: & quia Ierosolymitanum templum edito loco in monte Moria exædificatum erat, propterea ascendisse dicuntur in Templum quo etiam loquendi modo insinuat nemo in templum debere procedere, nisi ascendendo non tam gressu corporis, quam gressu mentis, quia omnis vera oratio mens est in Deum ascendit. Illa autem licet in omni loco fieri possit, in templis tamen, & ibi consecratis, ceteris partibus.

Templum orationi consecratis.

Nam 33

ribus

ribus, Deo acceptior est; tum quia ad hoc consecratur, ut sint domus orationis, tum quia promittit Dominus se ibi exaudire orantes. Sic dicit Dominus respiciens tempus novae legis: *Adducam eos in montem sanctum meum, & sacrificabo eos in domo orationis, holocaustorum, & victimae placebunt mihi super Altari meo. Atque etiam in veteri lege de antiquo templo dixerat Dominus: Elegi mihi locum istum. Si clausero caelum & pluvia non fuerit, & praecepero locusta ut devoret terram, & misero pestilentiam, converterisque populus meus deprecatus me fuerit, exaudiam illum in loco isto.*

Isai. 58.

2 Paralip. 7.

Psal. 62.

David fugiens iram, & persecutionem Regis Saulis orabat in deserto ferventer & piensissime Dominum: *In terra deserta, & in via, & iniqua sit in sancto apparui tibi, ait ipse. Quasi dicat: In hac solitudine in qua dego, quae vestigis hominum non teritur, & arida est, aquis carens, ego me tibi soleo sistere, & te orare non fecus ac si Hierosolymis essent in loco sancto ante arcem. Attamen alibi significat ardentissimo se desiderio teneri domus Dei, & tabernaculi sacri ubi arca servabatur, ubi etiam speciali devotione solitus erat effundere orationem suam quasi in praesentia Dei sui. Hoc desiderium suum explicat ubi inter caetera dicit. Quoniam transibo (sive quandam transibo) in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.*

Jonas quoque orationem fundebat in ventre ceti existens, ne orationem ejus carcer iste, vel turbiga maris elatio impediret, quominus coram Deo illa oratio se sisteret. Attamen sciens templum locum esse aptiorem orationi & adorationi dicit: *Projeci me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me: omnes gurgites tui & fructus tui super me transfuerunt: Ego dixi: Abiit me a conspectu oculorum tuorum, & veruntamen rursus videbo templum sanctum tuum. Vide quomodo suspiret ad templum Domini, ad domum orationis, & domum Dei. Unde iterum infra subdit. Cum angustiarer in me anima mea, Dominus recordatus sum, ut veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.*

Daniel non ab similitur orabat Deum in captivitate Babylonis, & oratio ejus non erat captiva, sed libera, Deoque grata: Attamen ut coram Deo illa se sisteret illi acceptissima, respiciebat fenestras apertis ad Jerusalem, sive ad templum in quo Dominus habitabat, in quo & adorari volebat. Sic enim dicitur. *Fenestris apertis in canaculo suo contra Jerusalem, tribus temporibus in die fiebat genua sua & adorabat, confitebaturque coram Deo suo sic: & antea facere consueverat.*

Dan. 6.

Ezechias denique orabat in lecto suo, & oratio ejus strato & plumis in caelum evolabat haud indiga plumarum & pennarum ad volandum; attamen ut securius impetraret quod volebat, per templum pertransibat. Quapropter dicitur:

Isai. 38.

Convertis faciem tuam ad parietem, & oravit ad Do-

minum. Quare convertit se ad parietem an forte ut orationi suae lacrimas conjunctas celaret? Non ob solam hanc causam, sed etiam quia paries ille versus templum erat, nam juxta templum Salomon regium Palatium extruxerat. Quia ergo ad templum ire non poterat, ad parietem templi, & ad templum faciem & cor convertere, ubi Deus exaudire solebat. Unde notant nonnulli interpreses Salomonem fabricando templum in Jerusalem, quae in medio terra habitata erat sita, ut dicitur Ezech. cap. 55. Deum quasi centrum mundialis sphaerae & omnium animorum constituisse, ut lineae & orationes ab hominibus ducerentur in templum ubicumque existerent: & Deus in templo tamquam in centro praesentem se exhibens, singulorum precibus iacendebat, audiebat, exaudiebat. Propterea ergo hi omnes orantes, sive in profundo maris, ut Jonas, sive in canaculo Babylonis, ut Daniel, sive in strato agritudinis, ut Ezechias, respiciebant ad templum, & illuc gestu mentis concendebant, quo non poterant gestu corporis.

Quod ipsam in nova lege imitari convenit Christianos. Dum impediuntur vel agritudinis, vel aliter orare in loco tabernaculi admirabilis, illuc saltem convertant oculos cordis, & eorum preces non despiciat Dominus; sed respiciet propitius, & impetrabunt certius. Quando vero se possunt sistere in templo Dei personaliter, non negligant, scientes quod ibi sit domus Dei ad orandum, aula Dei ad laudandum, choros Angelorum & hominum ad cantandum, porta ad caelos intrandum, scala ad ascendendum, canaculum & mensa Dei ad panem vitae edendum, locus sanctus & propitius ad ea quae petimus impetrandum. Orationes enim in Ecclesia communi amoris fraterni copula factae elevantur per ministerium Angelicum, per spiritum Ecclesiae tanquam per gemitum columbae, per merita sponsae Christi, per sacerdotum subsidium, per patrocinium sanctorum, quorum ibi reliquiae sunt, per corpus Christi mystici conjunctas vires. Ibi suppleat Sancti, suppleat Angeli, suppleat merita Ecclesiae, suppleat gemitus columbae, suppleat merita capitis nostri Christi, quod nostrae possit deesse orationi, ut a nobis procedat.

Hujus igitur rei exemplum praebent Pharisaeus & Publicanus ascendentes in templum ad orandum. Sed licet oratio in templo sola Deo soleat esse grata, primum tamen necessarium est, ut debitis circumstantiis & conditionibus sit adornata, alioqui nec oratio est dicenda. Manifestum id est oratione hujus Pharisaei, quae a Domino est reprobata, licet illi in loco sancto praesentata. Tria porro vitia hanc orationem Deo iugra tam fecere, & merito reprobendam.

Primum vitium hujus orationis fuit, quod illi superbia adjuncta fuerit, cum tamen humilitas Ecclesiae prima sit orationis conditio: *Oratio humilitatis se*

Pineda l. 5. De Salomone cap. 5. Cor. in 2. 6. Dan.

Trin vitia Pharisaei.

1. Oratio humilitatis se notet

27. 101.

subes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur, & non discedit, donec Altissimus aspicias, inquit Sapiens. Similiter & Psaltes ait: Respexit in orationem humilium, & non spreuit precem eorum. E contra superborum preces & vota despiciit Deus, illosque aspernat; quandoquidem & ipsam detestetur superbiam, quam celo primitus tamquam sibi exosam & inimicam exturbavit. Illa ergo sola oratio noscos penetrat, quae de pulveris & cineris nostrae agnitione procedit; sicut dicebat Abraham: Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis. Illa autem oratio quae ex animi fastu prodit, super terram repit, & tamquam ingrata repellitur & repudiatur. Quia humilia respicit Deus, alia à longe cognoscit. Unde eleganter S. Augustinus videte miraculum fratres. Altus est Deus Humilius te? Descendit ad te. Erigis te? Fugit à te Quia excessus est, & humilia respicit, alta vero à longe cognoscit, sed non ignoscit.

Gen. 18.

Serm. de verb. Dom.

Superbiam porro hujus Pharisaei orantis in primis colligunt interpretes ex modo & situ quo describitur orare, dicit enim textus Evangelicus: Pharisaeus stans apud se haec orabat. In his enim verbis. Stans orabat, videtur notari animus ejus elatus & fastu plenus: quia orabant antiqui flexis genibus in signum animi sese humiliantis. Sic de Salomone dicitur: Virumque genu in terram flexerat, & manus expanderat in caelum. Sic etiam de Daniele dicitur, quod fenestris apertis in cubiculo suo contra Jerusalem tribus temporibus in die flexerat genua sua. Sic & Moyses humiliabat se & prosternebat in terram cum oraret ubi dicitur: Cecidit Moyses pronus in faciem. Sic denique dicit Sapiens: Omnis populus simul properaverunt, & ceciderunt in faciem super terram adorare Dominum, & dare preces omnipotenti Deo excessu. Ex his omnibus dicunt nonnulli Judaeos flexis genibus orare solitos: hunc ergo Pharisaeum ex animi elatione morem istum praeterivisse Sed quoniam de Publicano etiam dicitur, quod stans oraret, non videtur satis firmiter posse colligi fastus Pharisaei ex solis illius verbis; Stans orabat. Atque morem orandi utrumque apud Judaeos fuisse, tum stando, tum flexendo, satis probari possit ex aliis scripturae locis. Nam & de Salomone utrumque dicitur. Stetit Salomon, & deinde flexis genibus, & palmis in caelum elevatis, ait. Item videtur Anna stans orasse, quia sic alloquitur Heli: Ego sum illa mulier quae steti coram te bicorans Dominum. Atque etiam fortasse vox illa, Stans orabat, non nisi praelectionem indicat. Sic dicitur: Stetit Salomon ante altare Domini, & expandit manus suas in caelum, & ait: Domine Deus Israel non est similis tui, &c. Hanc autem orationem protulisse flexis genibus eodem capite dicitur. Sic legitur. Cum staret adorandum, dimittit si quid haberet adversus aliquem. Itaque ex eo quod de Pharisaeo & Publicano hic habemus quod stans oraret utique, non certo convincit quod flexis genibus non oraret; sed

significari per id potest quod existeret uterque in templo ad orandum, quocumque id situ fecerit. hunc locum.

Uterius dicimus, etiam in nova lege compositionem exteriorem corporis variam inter orandum esse posse, maxime cum privatim oramus, eamque solum prohiberi quae impedit attentionem & mentis in Deum elevationem. Quod quidem exemplis variis potest declarari.

Sic S. Franciscus licet oculorum, stomachi, splenis & hepatis agridine laboraret, nolebat tamen muro vel parieti inhærere dum psalleret, sed horas semper erectus persolvebat. Si quando esset in itinere, sigebat tunc temporis gressum, hujusmodi consuetudinem reverentem & sacram propter pluviarum inundantiam non omittens. Dicebat enim: Si quieret comedit corpus cibum suum, quod futurum est vermium esca, cum quanta pace & tranquillitate accipere debet anima cibum vitae? Hinc adhuc hodie S. Francisci corpus mortuum stat quasi orans, nullis fulcris innixum.

S. Carolus Borromaeus solebat flexis genibus totum divinum officium recitare ob reverentiam illius quem alloquebatur. Immo quoties sacram scripturam legebat capite aperto flexisque genibus tamquam divina verba legere solitus erat.

S. Paulus Eremita hunc etiam modum in oratione servabat, flexendo scilicet manus, oculoque in caelum tollendo. Id ex eo constat, quod tali corporis situ animam exhalarit. Unde cum S. Antonius eum sic reperisset, existimans in oratione ipsum persistere, non accedebat, ne interrumpere. At postea advertit corpus esse exanime, & tamen speciem quam in oratione toto vitae suae cursu observarat, etiam in morte non deservisse, genibus complicatis, erecta cervice, extensisque in altum manibus.

De B. Isaac Syro Monacho tradit S. Gregorius, quod tres dies continuos, & totidem noctes genibus innixus oraverit. At Simeon Stylites in columna nocte dieque preces fundebat erectus, triginta & amplius annis, ut referro Theodoretus. Sic S. Bartholomaeus centies in die & centies in nocte genua flexebat. S. Jacobus justus ex continua geniflexione ita genibus collum obduzerat, ut duritiem pellis cameli imitarentur.

Notat quoque S. Augustinus, ex actis Apostolorum S. Stephanum bis orasse, semel stando pro se, semel flexendo pro suis persecutoribus preces fundendo. Unde ibidem dicitur: Lapidabant Stephanum dicentem Domine IESU suscipe spiritum meum. S. Siph. Postis autem genibus clamavit voce magna: Ne stans illo hoc peccatum. In quem locum sic loquitur S. Augustinus. Quare pro te stans orasti, & pro inimicis genu flexisti? Pro me stans oravi, quia pro me qui Deo serviviorando, & impetando non laboravi. Quia qui pro iusto orat, non laborat, ideoque pro se stans orat.

1. Reg. 8.

Dan. 6.

Num. 16.

Eccl. 50.

1. Par. 13.

2. Par. 23.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

1. Reg. 8.

orat. Venſum eſt ut oraret pro Judæis, & attendens tam multam eſſe eorum iniquitatem qua difficile condonari poſſet, genuflexit & clamavit: Ne ſtatuas illis hoc peccatum: hæc Aug. Itaque ſignificat efficaciorem eſſe ad imperandum pro peccatis remiſſionem orationem illam qua genibus flexis funditur laborando & ſeſe affligendo, tumque maxima cum humiliatiōe ſe agnoſcendo, vel peccata aliorum in ſe agnoſcendo, ſi pro aliis orandum ſit. Qui ſtans orat, videtur velle ſine conatu à Deo gratiam impetrare, & quaſi pro rebus exiguis Deum conuenire.

*Phariſai
in Clabum
da orgio*

Sed certius ſuperbia noſtri Phariſæi ex ejuſ ſtupida oratione colligitur: Non ſum, inquit, ſicut ceteri homines, raptores, iniuſti, adulteri, jejuno bis in ſabbato, decimas de omnium qua poſſideo. Quali dicat, ego ceteros homines antecedo, & juſticia ſuſpero, non ſum ſicut illi. Alii adulteri ſunt, ego autem tantum abeſt ut ſim adulter, quin potius jejunis bis in hebdomada corpus meum caſtigo. Alii ſunt raptores & iniuſti, ego autem ab hoc vitio ita remoror ſum, ut non ſolum non raptam aliena, ſed etiam tribuam mea: Decimas enim de omnium qua poſſideo, etiam de cymino, menta, anetho.

Prov. 18.

Quamvis vero de his omnibus videatur Deo gratias agere, non tamen humiliter agit, ſed ſuperbe & jactabundè, ideoque vanè gloriatur ſeipſum commendans, cum juſtus in initio recuſator ſit ſui, teſte Sapiente. Equidem dicit Dominus juſtis: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in caelis eſt. Sed hoc ipſum idem eſt ac ſi eis etiam ipſe diceret: Nolite vos illa videre, alii illa videant; nolite vos ipſos glorificare alii glorificent Patrem de vobis. Veſtra bona ſunt in conſpectu omnium, ſed à vobis ſunt abſcondita: Neſciat ſiniſtra quid faciat dexera, cavete ipſos oculos veſtros, cavete & laudes alienas, ad illa ſurdi inſtar aſpidis obturantis aures ſuas, ne audiat vocem incantantium. Incantatur enim animal laudibus, ut mala ſua non videat, & de juſticia fallaciter ſe extollat. Audi S. Gregorium.

Matt. 5.

Qui vero electi ſunt ab eo in quo ſibi placent, mentis oculos decernunt, & de his qua minus ſe cogiſſe intelligunt, triſtitiā requirunt. Et penè ſoli bona ſua non vident, qua in ſe videntia omnibus ad exemplum præbent. Hoc etiam declarat B. Petrus Damiani in lib. 2. Epistoliarum ſuarum exemplo pavonis, qui ex ditatem pedum ſuorum reſpicit & ingemiſcit, glorioſam caudæ ſuæ diverſitatem retro & non ante oculos ſuos gerens. Audi ejuſ verba: Imitare naturalis in pavone diverſitatis exemplum, qui ignobiles pedes præ oculis ſemper habet, ingentem vero caudæ pulchritudinem poſt ſe ſpectabilem gerit. Videt in pedibus ruſticum aliquid quod deſpiciat, ignorat in caudæ quod cum mirabilem reddat. In promptu eſt unde ſe debeat in humilitate deprimere, poſt tergum gerit unde valeat præ ceteris avibus ſuperbire. Te quoque quod in te eſt

Matt. 6.

Ad primum reſpondet B. Eucherius comparans Ezechiam & Phariſæum. Ecce, inquit, Phariſæus ſe juſtificat in opere, Ezechias juſtum etiam ſe aſſerit in cogitatione, & unde ille offendiſt, iſte inde Domino placuit. Cur hoc niſi quia Dominus ſingularum verba penſat, & in ejuſ aure ſuperba non ſunt, qua humiliter corde proferuntur. Hæc B. Eucherius.

Lib. 21.

Ad ſecundum reſpondit Iſidorus, comparans Job cum Phariſæo qui redarguitur, & tamen Job à Domino laudatur. Ille Phariſæus (inquit ipſe) nemine impellente ingreſſus eſt glorioſam illam orationem, ideoque ſuperbia morbo laborabat. Qui vero ad cauſæ ſuæ probationem errata regit ſua ac bona aperit, à reprehenſione vacuus eſt, interim culpa in improbi injuſtisque convitiis auctore ſeſidente. Ita divinum ſuffragium illum quidem Phariſæum, qui nullus impuſſus juſticiam ſuam vendidit, ac reliquos omnes condemnavit, exploſit omnino: Hunc vero neceſſitate adductum ſummæ laudationis laureæ & coronæ donavit. Hæc Iſidorus.

Smil.

Ad tertium idem reſpondendum cum S. Anſelmo. Nam S. Paulus dicit poſtquam laudes ſuas recitavit: factus ſum inſipiens vos me cogiſſis. In quem locum ſic iterum S. Anſelmus: factus ſum inſipiens ſecundum quod in exterioribus verbis ſonat,

virtutis lateat: ſi quid verò vitioſum & correctio- ne eſt dignum, ab aſpectu tui judicio non recedat. Hæc ille.

Phariſæus verò noſter contrarium facit, vitia ſua non inſpicit, ſed ſola ſua apparenter opera bona oculis ſuis proponit. Reſpicit illa quaſi radios commenſolis fulgentis, & oſculetur manum ſuam, qua eſt i- dans vani- niquitas maxima, inquit Job. Gloriatur in ſua æqui- gloriatur, rate, illamque vertit in iniquitatem: gloriatur in ſua pietate, & illa ei ſit occaſio impietatis; nec illud bene adhuc novit quod Apoſtollus dicit: Qui gloriatur in Domino gloriatur, non enim qui ſeipſum com- mendat illo probatur eſſe, ſed quem Deus commendat. Quam Apoſtoli ſententiam explicans S. Anſelmus eleganter dicit: Vultis quomodo vobis abſolute gloriari, ut daret gloriari: abſolute noſtram, ut daret ſuam: abſolute inanem, ut daret plenam: abſolute nut aniem ſui daret ſolidam. Quanto enim gloria noſtra fortior eſt firmior eſt qua in Deo eſt, quam qua in nobis: Quod ſi dicas Phariſæum in Domino gloriari, quia Deum laudat & gratias illi agit, agnoſce laudem illam cum ſactu eſſe conjunctam, nec ſpecioſam poſuiſſe eſſe eorum Deo laudem illam precantis, qua tora reſperſa eſt fermento tumidæ vanitatis.

Sed iterum dices: Etiam viri ſancti laudes ſuas & bona opera quandoque proſequuntur etiam coram Domino, nec tamen reprehenduntur. Sic B. Iſai. 38. zechias dicit: Memento Domine quomodo ambulaverim coram te in corde perfecto. Sic etiam Job de ſe Job. 29. pronuntiat: Oculis ſuis cæco, pes clauſo, juſticia indu- tus fui, &c. Similiter & S. Paulus: Plus omnibus laboravi, &c.

Ad primum reſpondet B. Eucherius comparans Ezechiam & Phariſæum. Ecce, inquit, Phariſæus ſe juſtificat in opere, Ezechias juſtum etiam ſe aſſerit in cogitatione, & unde ille offendiſt, iſte inde Domino placuit. Cur hoc niſi quia Dominus ſingularum verba penſat, & in ejuſ aure ſuperba non ſunt, qua humiliter corde proferuntur. Hæc B. Eucherius.

Ad ſecundum reſpondit Iſidorus, comparans Job cum Phariſæo qui redarguitur, & tamen Job à Domino laudatur. Ille Phariſæus (inquit ipſe) nemine impellente ingreſſus eſt glorioſam illam orationem, ideoque ſuperbia morbo laborabat. Qui vero ad cauſæ ſuæ probationem errata regit ſua ac bona aperit, à reprehenſione vacuus eſt, interim culpa in improbi injuſtisque convitiis auctore ſeſidente. Ita divinum ſuffragium illum quidem Phariſæum, qui nullus impuſſus juſticiam ſuam vendidit, ac reliquos omnes condemnavit, exploſit omnino: Hunc vero neceſſitate adductum ſummæ laudationis laureæ & coronæ donavit. Hæc Iſidorus.

Ad tertium idem reſpondendum cum S. Anſelmo. Nam S. Paulus dicit poſtquam laudes ſuas recitavit: factus ſum inſipiens vos me cogiſſis. In quem locum ſic iterum S. Anſelmus: factus ſum inſipiens ſecundum quod in exterioribus verbis ſonat,

Reſp. 5.

sonat, quia videor merita mea praedicasse; sed non hoc jactanter, immo necessitate compulsus feci pro vestra utilitate, quia vos me cogistis loqui, qui non recte de me sentiebatis, & falsos Apostolos mihi praeferebatis.

PARS II.
De confidentia in propria justitia, secundo Pharisaeo vitio.
Vere justus se confidere non solent ex 3. causis.
Eccl. 9.

Alterum vitium Pharisaei hujus ornatu fuit, confidentia nimia in suis meritis & sua justitia, quae praesumptioni erat conjuncta. Unde ex illa confidentia orta fuit jactantia & gloriatio; & ut illam ex animis nostris expellere Dominus hoc exemplum parabolicum protulit. Dicit enim dicens textus Evangelicus: Dicebat ad quosdam confidentes in se tamquam justis, parabolam istam Pharisaeus ergo non recte in se confidebat tamquam justus. Nec solent qui verè justi sunt, in se confidere, idque propter multiplicem rationem.

Prima est, quia justitia nostra nobis est incerta, & an opera nostra Deo sint accepta, certo non agnoscimus. Unde Sapiens dixit: Sunt justus atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo an amore vel odio sit dignus, sed omnia in futurum servantur incerta. Itaque vult his verbis insinuare, justitiam veram per quam Dei amore digni efficiuntur in hac vita satis nobis incertam esse, parumque agnitam. Licet enim quis multa bona operetur, quis tamen assecurare eum potest, quod ex vero Dei amore procedam? Est aurum quoddam adulterinum, non ab simile auro vero; nec apud omnes est perspicax satis vitus vel judicium quo discernatur, nec Lydius lapis quo agnoscatur falax ejus species. Multi similia operantur opera illis operibus quae justis attribui solent; non tamen procedunt ex radice charitatis, sed ex impetu & fervore cujusdam naturalis amoris, qui facile ob similitudinem discerni nequit ab affectione superna amoris. Sic cholericis fervore multo à cholera suppeditato videtur zelo Dei commoveri. Sic melancholica graves à multis abstinent. Sic sanguinei multam compassionem in beatis phlegmatici multam patientiam & longanimitatem. Haec tamen omnia à natura magis proveniunt quam à gratia. Quandoque etiam similia provenire possunt ab illusionem, nam quibusdam daemon cordis teneritudines, devotiones suavitates immittit, ut sibi non displiceant; interim in gravibus peccatis existunt, & in illis perseverant.

Propterea dicebat Job: si venerit ad me non videbo eum, si aberit non intelligam. Si justificare me volero, & innocentem ostendere, pravum me comprobavi. Etiam si simplex fuerit, hoc ipsum ignorabit anima mea. An non his verbis fateatur sapiens ille se incertum esse de justitia sua, de Dei gratia & gratiae donis, quandoquidem illa possit Deus occultè subtrahere, propter occultum aliquod peccatum: Si velut mundissima fulserint manus meae, tamen sordibus intinges me, ait ipse. Quasi diceret. Etiam si mundum existimaverero, tamen sordidam me poteris declarare, quia nec ego sordes omnes meas pe-

Rational. Evangel.

secte valeo agnoscere, nec fundum cordis mei perspicere, an non secretum aliquod vitium lateat quo tibi displiceam, vel an aliqua perversa intentio vitiet opera mea, quae ego censeo opera justitiae. Cumque alia sint Dei, alia hominum judicia, quis sibi confidet, quis gloriari poterit, donec lux illa adveniat, quae omnia faciet manifesta?

Secunda igitur ratio incertitudinis nostrae, quae nimiam fiduciam excludit, est illa quae asserti Iaias: *Esati sumus immundi omnes nos, & quasi panes mensefructu omnes justitiae nostrae.* Quamvis invigilemus sollicitè, multis scaten imperfectionibus opera nostra. *Va etiam laudabili cura hominum, si remota misericordia descivis eam,* ait S. Aug. lib. 9. Conf. Aurum nostrum scoria multiplex est infectum, nec illam agnoscimus; non ergo gloriamur aut praesumamus de operibus adeo imperfectis, cum potius exinde confusionem debeamus concipere, aut illam incerti de nobis formidare. Delicta quis intelligit? Omni custodia conserva cordis tui introitum, omnique humilitate; quia sicut de hoc Pharisaeo dicit S. Gregorius: *Civitatem cordis sui insidiantibus hostibus per elationem aperuit, quam frustra per jejunium & orationem clausit.* Sic quis offendit in uno, facile fit omnium reus, ut dicit S. Iacobus.

Tertia ratio cur non debeamus nimium confidere est instabilitas nostrae justitiae. Incertum est, an perseveraturi simus in nostra justitia propter innatam nobis mutabilitatem & infirmitatem, hoc ergo nos in timore, & humilitate debet continere.

Qui stat, videat, ne cadat. Quam multos vidimus a candelae usque ad caelos, & velut inter sidera collocasse nidum suum, sed postmodum cecidisse usque ad abyssos? Quot stellas vidimus cecidisse ab impetu ferientis caudae draconis? Sic in suis Soliloquiis loquitur S. Aug. significans quamlibet perfectos, & celesti conversatione fulgidos, tentatione daemones fuisse subversos. Nulla est certitudo, quia cecidit Angelus de caelo. Adam de Paradiso, Iudas ex Apostolico Collegio; saul cecidit electus à Deo; David peccavit inter Prophetas. Salomon inter Sapientes. Petrus inter Apostolos. Nicolaus Diaconus inter primos Diaconos. Omnia instabilitati subdita cernuntur, dum Iudas damnatur, Latio salvatur, Magdalena justificatur, Publicanus exauditur, Pharisaeus reprobat.

Non tamen hic negandum est, posse quandam fiduciam poni in operibus iustis, prout illa non à nobis, sed à divina procedunt gratia; sic enim vitae aeternae redduntur meritoria, quatenus & divinae gratiae, & Christi meritis sunt mixta. Et quae alias sordida forent, ut pannus menstruatae, sanguine Christi abluuntur, fiuntque pretiosa. Sicut olim aquae Iericho steriles, & amarulenta, Elisaeo Propheta mittente in illas sal, dices sunt effectae: Sic opera nostra quae à libero arbitrio prodeunt, in imperfectionem & amaritudinem habent, si sal passionis Christi aspergantur, fiunt suavia, & Deo grata.

Oooo

Isa. 64.

Iacobi 73.

2. Cor. 10.

Quomodo pancia in bonis operibus haberi possit.
4. Reg. 20.

grata, valoremque & dignitatem fortiumur à me-
 ritis ipsius, & à Spiritu sancti gratia. Audi & aliam
 similitudinem. Oleaster inferus oliuæ fit socius
 iadicis & pinguedinis, qui alias instructuosus erat,
 amar, & siluestris. Non abfimiliter opera no-
 fra ex sese siluestria & infractuosa dum per fidem, &
 charitatem inferuntur arbori vitæ Christo, partici-
 pant de eius gratiæ & pinguedine, fiuntque merito-
 ria vitæ æternæ; & ideo ex hoc capite aliquam in
 ipfis fiduciam licet collocare. *Hoc enim non est con-
 fidere in nobis, sed in Domino.* (Ve dixit Concil.
 Trident. sess. 6.) *cujus tanta est bonitas, ut velit dona
 sua esse merita nostra.* Quod ipsum antea dixerat S.
 Aug. de gratia & arbitrio c. 7. ubi ait: *Si Dei dona
 sunt merita tua, non Deus coronat merita tua tan-
 quam merita tua, sed tanquam dona sua.* Sic ergo &
 hic dici potest. Cum Dei dona sint opera & me-
 rita iustorum, non confidunt iusti in meritis suis,
 sed tanquam in Dei donis abundantissimis. Sub
 qua consideratione de operibus bonis dicit S. Cy-
 prianus Tract. de opere & elemofynis: *Præclarum
 & diuina res est, fratres charissimi, salutaris operatio,
 solatium grande credentium, securitatis nostræ salubre
 præsidium, munimentum spiritus, tutela fidei, medela pec-
 catorum.* Operatio bona Dei munus est inimicis neces-
 sarium, fortibus gloriosum, qua Christianus præ-
 meretur Christum iudicem, Deum computat de-
 bitorum. Ex hac operum bonorum fiducia Apo-
 stolus Paulus letho vicinus lætus decantabat cyg-
 neum illud melos: *Bonum certamen certavi, cur-
 sum consummavi, fidem seruavi, in reliquo reposita
 est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus
 in illa die iustus iudex.*

PARS III
 De conti-
 temptu
 proximi
 tertio
 Pharisæi
 orantis
 vitio.

Tertium vitium Pharisæi nostri orantis fuit
 contemptus proximi. Quapropter hoc para-
 bolicum exemplum à Domino ad eos omnes diri-
 gitur, qui confidunt in se tanquam iusti, & sperna-
 bantur ceteros. Fuit autem manifeste Pharisæi atro-
 gantia cum respectu aliorum conjuncta, dum dixit:
*Non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adul-
 teri, velut etiam hic publicanus.* Quid arrogantius?
 Non solum se ipsum superbe collaudat, sed etiam a-
 liis cum spernatione insultat. Ideo S. Chryso-
 stomus increpans hunc factum Pharisæicum dicit: *Vno
 verbo & absente irradit, & vulnera præsentis læ-
 cessit. Non est autem gratiarum actio invidiosum alio-
 rum.* Hoc verò hic advertendum, Pharisæum ve-
 rum dicere dum dicit plerosque hominum iniustos,
 raptores, adulteros; sic enim est intelligendus, non
 quod omnes his vitis inquinatos vellet, sed perosque,
 se autem his vitis carere, licet frequentissima
 sint, multisque communia. Verè hæc tria vitia plu-
 rimos commaculant, & in æternam perniciem de-
 volvunt. O quam multi iniusti sunt, & nolunt agno-
 scere, ne cogantur restituere. Interim velle illis dum
 multiplicat non sua; aggregant enim contra se
 densum lutum, ex quo non possunt se extricare. Va-
 riæ scilicet lusculentas obligationes conscientię ag-

gerunt, in quibus inhaerent ad finem usque vitæ,
 tanquam infixi in limo profundi, & sic pereunt. O
 quam multi impendiis alienis edificat domos suas,
 sublimant familias suas per iniustitiam & illicita
 media, per turnum baculium vocant; per Republicæ
 depeculationem, per pauperum oppressionem!
 O quam multi per fraudes, usuras, furta, rapinas, dis-
 tescant vel laute vivunt, mercatores, milites, iudices,
 caudifici, negociatores, officarii! O quam multi
 decimas Deo & Ecclesiæ debitas defraudant, a-
 gris alienis damnnum inferunt: creditoribus debita
 non persolvunt! An non hi omnes iniusti sunt vel
 raptores? Sed nec deest ceteris grandis adulterorum
 & fornicationum, ita ut verum sit illud: *Adulteris
 repleta est terra, & inveni malum eorum in domo
 lerem. 21.*
mea. Facti sunt mihi omnes ut Sodoma, & habitato-
 res eius quasi Gomorrhæ. Iterum: *In domo meret-
 rices luxuriabantur. Equi amatores, & emissarii lerem. 17.*
*facti sunt: unusquisque ad uxorem proximi sui hin-
 diebat.* Multi certe adulteri sunt & fornicarii, si
 non semper opere, saltem mente & cogitatione; &
 ita iniurii sunt Deo, iniurii proximo, iniurii mat-
 rimonio suo vel alieno, fidem in matrimonio iur-
 tam violantes vel effectum. Quapropter non a ve-
 ritate alienum forsitan fuit quod Pharisæus pronun-
 tiavit: *Non sum sicut ceteri hominum, iniusti,
 raptores, adulteri.* Sed tamen inde timorem, &
 elationem concipere non debuit, sed timorem potius
 & humiliationem. Neque etiam propterea
 in despectum venire debuit aliorum, aut in iudicium
 temerarium cuiuspiam in particula, sicut
 fecit dum Publicanum despicit; iudicat, condem-
 nat, dum ei insultat cum temeritate.

Quisquis maiorem gratiam à Deo accepit, ma-
 jorem etiam obligationem habet, & ideo timorem
 concipiat, non arrogantiam, ne se gratia accepta
 reddat indignum. Consideret illud S. Augustini:
*Non est peccatum quod facti homo, quod non possit fa-
 cere aliter homo, nisi iuvetur ab eo à quo factus est
 homo.* Ita que neminem despiciat, cum non sit ab-
 breviata manus Domini, nec gratia eius, ut possit
 alterum à peccato eruire, permittens arrogantem
 ruere, in poenam ingratiitudinis & arrogantia. Si
 Deus erga te bonus est & benignus, noli erga alios
 acerbus esse & censor rigorosus, quinimò humiliter
 de te sentias, ut abundantio rem gratiam recipias;
 etiam benigne de aliis quantum potes censes ne
 per temeritatem iudicii facile impingas. Fortè
 si Deus eis favores & inspirationes concessisset
 quales tibi, fructum maiorem quam tu ex eis Do-
 mino referent.

Propterea interrogatus S. Franciscus familiariter
 & cordatè à quodam fratribus suis, quid de se sen-
 tiret, humillime respondet: *Videor mihi maximus
 peccatorum: Cum vero frater ille ei diceret, im-
 possibile esse id sentire ipsum sine injuria diuine
 gratiæ in ipso promicantis, hoc responsum accepit:
 Si quolibet sceleratum hominem Deus tanta
 præse*

Exemplum
 iustorum
 de se non
 presumen-
 tium.

profecutus fuisset gratia, multo me melius illa usurus fuisset, longaque gratior. Et sanctior evasisset; Et ideo me miserum, maximamque dico peccatorem. Quasi diceret, si electa gratia me considero, tantam in me proclivitatem in vitia agnosco, quantum in ullo; & ideo puto me maximum fuisse ac fore peccatorem, nisi infirmitatem meam sua gratia roborasset, & in dies roboraret Deus. Agnovit exinde frater ille humilitatem Francisci profundissimam, propter quam antea viderat in extasi sedem in caelo dignissimam, pretiosis lapidibus adornatam, omnique gloria resurgentem. Cumque miraretur cujus illa sedes foret, vocem caelestem audivit? Sedes ista unius de Angelis ruentibus fuit, & nunc humilis servatur Francisco. Tectis est Bonavent. c. 6. vita Francisci.

Sic alter Franciscus, Dux olim Gaudia. B. Franciscus Borgias, quantumlibet donis Dei adornatus, infra omnes se abjiciebat & despiciebat: imo solebat asserere se omnibus creaturis, ipsis quoque serpentibus, viliozem esse. Propterea demon, qui spiritus est superbus, cum non ferret iniustitiam hanc animi submissionem, quadam die eum compellavit: *Qua est nova haec hypocrisis tua, nunquid etiam me diabolo tandem peiorer dices?* Respondit vir sanctus: *Virque peior sum, nam semel tantum peccasti, & aeternas luis penas: ego vero post multas misericordias saepe in peccata relapsus sum Deo ino ingratus.* Hoc humilitatis responsum non ferens demon mox evanuit.

Sic quoque B. Bernardus de Quinta valle S. Francisci focius, neminem judicabat, neminem contemnebat, sed omnes sibi praeferebat melioresque judicabat. Si quem enim vili veste testum intueretur, sibi solitus erat dicere: *Hic patientius tolerat paupertatem, quam tu Bernarde.* Si alium pretiosis indutum vestibus cernebat, dicebat: *Hic forte sub veste delicata melior est, quam tu sub tunica rudi, Bernarde.* Ideo vidit B. Leo, socius itidem Francisci, ab ejus oculis micare radios miri splendoris, quasi a stellis lucidissimis, & intellexit divinitus id ipsi concessum esse, quia quicquid cernebat, semper in meliorem partem interpretabatur, nec aciem ejus fulgidam unquam iudicii temerarii lippitudo hebetarat.

Non sic plerique homines hujus saeculi, qui illud optimam de se opinionem concipiunt ex aliqua scintilla, vel apparentia exteriori virtutis vel devotionis, ceteros autem ex minima occasione despiciunt, vel sinistrae dijudicant. Atque hi imitatores sunt hujus Pharisaei se se extollentis, & alios aspicientis: *Non sum sicut ceteri hominum, velus etiam hic Publicanus.*

Feliciter & sapientius orabat Coriarius ille Alexandrinus, ad quem missus fuit S. Antonius. Cum enim Antonius in cella oraret, venit ad eum vox caelestis: *Antonii, necdum perfectionem Coriarii qui in Alexandria est, attigisti.* Hoc audito, conturbavit ipse mane, & festinus venit Alexandriam,

cum vero ad designatum, virum pervenisset, obstupuit ille viso Antonio. Cui Antonius. *Refer mihi opera tua, quia propterea de deserto veni.* Respondet ipse. *Nescio me unquam aliquid boni perpetrasse.* Unde ex cubili proprio mane confurgens antequam in opere resideret, dico quod hac civitas a minore usque ad majorem ingrediatur Regnum Dei propter iustitias suas, ego autem solus propter peccatum poenam ingrediar sempiternam. Quod verbum antequam quiescam, sero ex cordis mei recessu revertatur. Hoc Antonius autem, dixit ei: *In veritate fili stultus bonus artifex sedens in domo tua cum requies Regnum Dei adeptus es: ego autem sine discretionem omne tempus meum in solitudine serens, necdum verbi tui assumpsi mensuram.* Ita ex lib. sentent. Patrum. Haec oratio Coriarii plane adversa fuit orationi Pharisaei; acceptissima vero fuit Deo, oratio autem Pharisaei reprobata fuit & repudiata.

EADEM DOMINICA.

Lect. 17. bipart.

Publicanus autem percussus pedes suos, dicebat: Deus propitius esto mihi peccatori.

Luc. 18.

Actum est sufficienter de oratione Pharisaei, modo nobis est differendum de oratione Publicani: illa non nisi superbia redolet & arrogantiam; haec non nisi humilitatem spirat & devotionem. Ideo Publicanus tanquam exemplum humilitatis & poenitentiae peccatoribus omnibus proponitur, quia omnes circumstantiae non solum animi & corporis coram Deo submissionem, sed etiam cordis insignem compunctionem significant, omnibus post peccatum necessariam qui in Dei gratiam redire voluerint. Sicut solet superbia agnosci ex ipso corporis habitu & gestu; ita etiam humilitas ex signis quibusdam exterioribus dignoscitur. Superbi imaginem sic describit Philo lib. de charitate: *Animi non satis compassus, nec corporis, toto habitu gestuque morbum suum pra se ferens. Incedit summis pedum digitis, cervicem in moreno equi erigens, attollensque supra naturam modulum: nec aliter quam oblique intuetur: nec aliter audit quam quasi non audiens: famulus pro jumentis utitur, ingenuus vero pro mancipiis, cognatus item pro alienis, amicus pro adulatoribus, civibus pro exteris. Arbitratur se ditissimum, nobilissimum, fortissimum, prudentissimum, solertissimum: alio; habet pro pauperibus, obsecris, contemptis, imprudentibus, insipientibus, nihilique hominibus.* Haec Philo superbum suis depingens coloribus. His coloribus adornatus cernitur Pharisaeus noster, stans cum audacia erectae cervicis in templo Dei, omni se virtute praeditum existimans, ceteros despiciens, injustos & adultores vocans, torvis oculis Publicanum inspectans & aspiciens. Vide nunc expressam imaginem humilitatis in Publicano, ut opposita juxta se posita magis elucescant.

PAR. I. De oratione Publicani & eius circumstantiis.

Descriptio superbi.

erem. 23.

Marulab. h. s. exemp.

emph. horum se non asserunt.